

gregáti in omni tempore, quo intrávit, & exívit inter nos Dóminus Jesus, incípiens à baptísmate Joánnis, usque in diem qua assúmptus est à nobis, testem resurrectiōnis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuérunt duos, Joseph, qui vocabâtur Bársabas, qui cognominátus est Justus: & Matthiām. Et orántes, dixerunt: Tu Dómine qui corda nosti ómnium, ostende, quem élégeris ex his duôbus unum, accípere locum ministérii hujus, & Apostolátus, de quo prævaricátus est Judas ut abiret in locum suum. Et dedérunt sortes eis, & cécidit sors super Matthiām, & annumerátus est cum undecim Apóstolis.

## FESTA MARTII.

## IV. MARTII.

In festo S. Casimíri Conf. Epist. Beatus vir, ut in comm. Confes. non Pontif. pag. xvi.

## VII. MARTII.

In festo sancti Thomae de Aquino.

## Léctio libri Sapiéntiæ.

**O** Ptávi, & datus est, mihi sensus: & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ: & præpósui illam regnis & sédibus, & divítias nihil esse duxi in comparatiōne illius: nec compárávi illi lápidem pretiōsum, quóniam omne aurum in comparatiōne illius aréna est exígua, & tamquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illius. Super salūtem & spéciem diléxi il-

sap.  
7.

lam

lam, & proposui pro lu-ce habere illam: quóniam inextinguibile est lumen illius. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerábilis honéstas per manus illius, & lætátus sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista sapiéntia, & ignorábam quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictiōne díddici, & sine invídia commúnico, & honestatē illius non abscóndo. Infinitus enim thesáurus est homínibus: quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendáti.

## VIII. MARTII.

In festo S. Joánnis de Deo C. Epist. Beatus vir, de com. C. non Pont. p. xvi.

## IX. MARTII.

In festo S. Franciscæ. Epist. Mulierem fortem, ut in communi nec Virg. nec Mart. pag. xxi.

## X. MARTII.

In festo Sanctórum Quadraginta Martyr. Epistola: Fratres, Sancti per fidem, de comm. plurim. Mart. pag. xi.

## XI. MARTII.

In festo S. Gregórii Papæ & Confes. & Ecclésiæ Doctoris Epist. Charissime, Testíficor coram Deo, de comm. Doct. pag. xv.

**FERIA SEXTA.**  
post Domínicam Pas-  
sionis.

In festo Septem Dolôrum  
B. Mariæ Virg.

Léctio libri Judith.

**B**Enedíxit te Dó-  
minus in virtute  
sua, quia per te  
ad nihil redégit inimí-  
cos nostros. Benedícta es  
tu à Dómino Deo excélsso,  
præ omnibus muliéribus  
super terram. Benedíctus  
Dóminus, qui creávit cœ-  
lum & terram: quia hodiè  
nomen tuum ita magni-  
ficávit, ut non recédat  
laus tua de ore hominum,  
qui mémores fúerint vir-  
tutis Dómini in æténum,  
pro quibus non pepercís-  
ti animæ tuæ, propter an-  
gustias & tribulaciones  
génoris tui, sed subvenis-  
ti ruínæ ante conspéctum  
Dei nostri.

**XVII. MARTII.**  
In festo S. Patrítii Episc.  
& Conf. Epist. Ecce Sa-  
cérdos, de comm. Conf.  
Pont. pag. xii.

**XIX MARTII.**  
In festo S. Joseph Confes.

Léctio libri Sapiéntiæ.

**D**Iléctus Deo, &  
homínibus, cu-  
jus memória in  
benedictiōne est. Sími-  
lem illum fecit in glória  
sanctorum, & magnificá-  
vit eum in timore inimi-  
cōrum, & in verbis suis  
monstra placávit. Glori-  
ficávit illum in conspéctu  
regum: & jussit illi coram  
pópulo suo, & osténdit  
illi glóriam suam. In fide  
& lenitâte ipsius sanctum  
fecit illum, & élégit eum  
ex omni carne. Audivit  
enim eum, & vocem ip-  
sius, & indúxit illum in  
nubem: & dedit illi co-

rám

rám præcepta, & legem  
vitæ & disciplinæ.

**XXI. MARTII.**  
In festo sancti Benedict  
Abbatis. Epist. Diléctus  
Deo & homínibus, de  
comm. Abb. pag. xviii.

**XXV. MARTII.**  
In festo Annuntiatiōnis  
B. Mariæ Vírginis. Epist.  
In diébus illis: Locútus  
est Dóminus ad Achaz,  
ut in Epístolis vot. B.  
Mariæ V. pag. xxvii.

**FESTA APRILIS.**

**II. APRILIS.**  
In festo S. Francísci de  
Paula Conf. Epist. Fra-  
tres, Quæ mihi fuérunt  
lucra, de comm. Conf.  
non Pontif. pag. xvii.

**IV. APRILIS.**  
In festo S. Isidóri Episc.  
& Conf. Epist. Charíssi-

me, Testíficor, de com-  
muni Doct. pag. xv.

**V. APRILIS.**  
In festo S. Vincéntii Fer-  
réii. Epist. Beátus vir,  
pag. xvi.

**XI. APRILIS.**  
In festo S. Leônis Papæ  
& Confes. Epist. Ecce  
sacérdos magnus, de  
communi Confes. Pontif.  
pag. xii.

**XIII. APRILIS.**  
In festo S. Hermeneg.  
Mart. Ep. Justum dedú-  
xit Dóminus, de comm.  
unius Mart. non Pontif.  
pag. iii. Tempor. Pasch.  
Stabunt justi, pag. vi.

**XIV. APRILIS**  
SS. Mártyrum Tibúrtii,  
Valériani, & Máximi,  
Epist. Stabunt justi, de  
comm. Martyr. témpore  
Pascháli, pag. vi.

XVII.